

dixit. Eodem Frithericum evocavit. Sed eo in congressu, cum archiepiscopus causam Essendiensis monasterii constanter ageret, comes de archiepiscopi acerbitate queri, et communicato consilio cum Arnsbergensi, Tecklenburgico, aliisque comitibus conjurationis consilia in necem Archiepiscopi agitare coepit. Soluta ergo Susati conventu, in quo nihil confici poterat, archiepiscopus altero die se in viam dedit, Swelmensem ecclesiam in dioecesi sua consecraturus, Frithericus vero, ut conceptam animo destinationem eo sagacius légeret, archiepiscopum abeuntem cum aulae comitatu deduxit et blando aliquamdiu colloquio devinctum comitatur, promittens ad haec, se Engelberto Norinbergae in comitiis imperii praesto futurum, ut omnis istie disceptatio, ipsum inter atque ecclesiam Essendiensem coorta, principum judicio componeretur, donec in angustias locumque insidiarum perventum esset. Hinc conjurati, signo dato, omnes uno impetu ac strictis gladiis in archiepiscopum involant, perfossoque ejus latere, alius super alium ictus ingeminat, quibus adeo corpus Engelberti laceratum, ut vix locus vulneri amplius superesset.

Refert ita rem fides Annalium manuscriptorum in archivo Corbejensi.

Zu 1295 und 1315:

Cod. pag. 287, bei Bedefind No. 22. Annales Mscti. incerti auctoris in archivo Corbeiensi exstantes fol. 460 habent haec verba: Cum propter continuos belorum motus anno 1295 vicina castra hinc inde dejicerentur, ne ex iis vis fieret ab hostibus, nostra quoque Brunisberga, vetus Saxonum castrum, ab Episcopo Paderbornensi Ottone, et comitibus Svalenbergensibus Adolfo et Alberto fratribus, funditus eversum est. Quoniam autem post haec tempora abbaciae nostrae omnibus praedonibus diripienda concedebantur, hinc anno

1315. Rupertus, abbas noster Tonenburgum extruxit, adjutus opera Theoderici de Itter, iisdem Annalibus testibus.

Nicht bestimmt einzureihen ist:

Cod. pag. 490. Eadem autem piscatio (die zu Methrifi) olim monasterio nostro maximo fuit emolumento, uti Annales nostri manuscripti, quos archivum Corbejense adservat, referunt.

Abgesehen von jener Notiz, Bovo II. sei der leibliche Enkel des Warin, die direkt aus Widufind abgeschrieben ist¹⁾;

¹⁾ G. oben aus Cod. pag. 307, dort sagt auch Salke noch:

Bovo comes frater fuit Abbatis nostri Warini, et eam quoque ob causam frater Cobbonis comitis ac Luidolfi, Saxoniae ducis.